Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36643
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



in discipline post litterarum sacramenta inuenta est. ut iam quidam dicerent litterales. per eam recte loquendi rationem sciant. Grammatica autem a litteris nomen accepit. Grammatica uel gramatica litterales uocant. Ars uero dicta est quod artis praecepta regulisque consistat. Alii dicunt a graecis hoc totum ceu uocabulum. A poetis arte tenetur. quam scientiam uocauerunt. Oratio dicta est quasi oris ratio. nam orare est loqui vel dicere. est autem oratio conuenientem uerborum cum sensu oratio. aut sine sensu non est oratio. quae non est oris ratio. Oratio autem plena est sensu uocis et litterarum. Diuisiones autem grammaticae artis a quibusdam XXX. diuiduntur. i. partes orationis. VIII. uocis articulata. litterarum. sillabarum pedes. accentus. positure. Voces. Ortographia. analogia. ethymologia. Glosae. differentiae. barbarismus. solocecismus. uitia. cacephatonia. acyrologia. tautologia. acerbitas. hypperbaton. hyperbolae. hypperbolae. hypperbaton. metaphora. fabulae. hystoriae.

Partes orationis. Vel partes orationis

primum artis doctores duas tradidit nominum et uerborum. Dionysius donatus definiuit. VIII. sunt autem ad illa duo principalia reliquum. i. ad nomen et uerbum. quae significant personam et actum. reliquae appendices sunt et exhibis originem habent. Nam pronomen et nomine nascentur. cum officio fungitur. ut orator. ille. Ad uerbum de nomine nascitur. ut doctus. docte. Participium de nomine et uerbo ut legens legens.

Coniunctio uero et praepositio. vel interiectio in complexu illarum cadunt. Sed et in nullum partes orationis diffinerunt. quae iste superfluae sunt. Nomen dictum quasi notamen quod nobis uocabulo suo res notas efficiant. Vtilis enim nominis est cognitio rerum propria. Nam nomina dicta quae specialia sunt. unum et tantum personam significant. Species appellantur nomina. sunt. Pronomen. Nomen. cognomen. Agnomen. Pronomen dictum eo quod nomini praponitur. ut lucio. et unum. Nomen uocamus quia notat genus ut cornelius. Cornelii enim omnes meo genere dicuntur. Cognomen quia nomini coniungitur. ut scipio. Agnomen uero quasi accidens nomen. ut metellus creticus. quia cretam subegit. unde et agnomen abaliquo ratione. Cognomen autem uulgo dictum eo quod nomini cognitionis causa superponitur. siue quod eum nomine et appellatur. aut nomina sed uocantur quae communia sunt et multarum significationem habent. hoc in XX. et VIII. species diuiduntur. quae corporalia dicta quae uidentur. et tangunt ut caelum. terra. Incorporalia quae carent corpore. nec uidi nec tangi possunt. ut uentus. iustitia. generalia. quae multarum rerum sunt ut animal. Nam et homo et equus et aues animalia sunt. Specialia. quae partem demonstrant. ut homo. Species et animalium est homo. Principalia. quae primam positionem habent. nec aliunde nascuntur. ut mons. fons. Deriuata. eo quod ex alio nomine deducantur. ut a monte montanus. Diminutiua quae minuunt sensum. ut gregulus. scolasticus. sonodiminutiua. quae sic sonant sicut diminutiua. et intellectu principalia sunt ut fabula. tabula. Totaegra. quae ex toto graece declinantur. ut calisto. sic et graece et latine dicitur. Totalatina. quae ex toto in latinum uertuntur. Graece dicitur odisseus. latine ulixes. Hyperodiadicta. quae ex parte graeca sunt. ex parte latina. et adeo et notha. quae corrumpunt ultimas syllabas manentibus poribus ut apud graecos alexandros menandros. apud nos alexander. menander. Dicta autem notha. quae ad modum notho dicuntur quisque de disparibus genere nascuntur. Synonima. hoc est plurimum. eo quod sint in pluribus nominibus significatio